



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quęstio 1. An cœna sit Eucharistia?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

VERSVS 26.

Cenantibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit ac fregit deditque discipulis suis, & ait: Accipite & comedite: hoc est corpus meum.

QUESTIO I.

An cenasset Eucharistia?

§. 1. **M**oris est apud Sectarios Eucharistiae celebrationem nominare cenam. Noster vertit, cenantibus, in Græco est ἐσθίωντων, edentibus, 1. Cor. 11. 24. μὲν τὸ δειπνῆσαι, post cenasse. & apud Ioan. 13. 4. facta cenā. Non igitur proprium est cenæ hoc sac. amentum, licet nondum mensis remotis Apostolis sit datum.

*Cur cenam
Caluinista
vocent.*

I. Corinth. 11. 20. quæ nominatur cenā dominica non est Eucharistia, sed agape, quam diuites pauperibus præbebant, ut quibuscumque videtur. Verum constanter dominicam cenam appellant Patres institutionem Eucharistiae. ut Augustinus de sermone Domini in monte, lib. 2. cap. 7. Caluiniani cenam appellant, ut veterem loquendi modum, quo corpus & sanguis Domini vocantur, sensim obliterent. Quod tamen minus commodè faciunt, cum matutino tempore & ipsi, non pomeridiano administrent, quæ est antiquissima Ecclesiæ consuetudo. Nam celebrabant antelucanis cætibz Eucharistiam, quorum Plinius ad Traianum meminit. Et Tertullianus ad uxorem lib. 2. cap. 5. Non sicut maritus, quid secreto ante omnem cibum gustet. Et lib. de corona militis, cap. 3. Eucharistia Sacramentum, & in tempore victus, & omnibus mandatum à Domino etiam antelucanis cætibz, nec de aliorum manu, quam presidentium sumimus. Sic Cyprian. Epistol. 64. ad Cæciliū. Ch. istum vesperti obtulisse, nos mane resurrectionem Domini celebrare: itaque calumnia est Magdeburgensium, dum hanc consuetudinem ad Montanistas referunt. Porro vides hic vsitatum Eucharistiae nomen, tempore Tertulliani, quod etiam dominicum Africani appellarunt.

Eucharistia.

Imo adeo notum hoc nomen fuit, ut non modo Ecclesiæ Latine, verum Syriacæ etiam fuit vsitatum. Nam Actorum 2. vers. 42. vbi nos habemus, ἐν τῇ κοινῇ, σιὶ & ἄρτοι. In fractione panis. In Syro est: כְּרִיסְתִּיא Baktzistia deucharistia, vbi d in principio signum est Genitrici seu regiminis. Non possum intermittere e, uin fraudem in parua re, & manifestam ostendam, qua imperitia suorum Lutherani abusi sunt in versione responsi, quod Hieremias Constantinop. ad quæstiones eorum, & postula a reddidit. Verba Constantinopolitani sunt. καλεῖται ἡ δὲ χάρις ἡ περὶ τῆς, καὶ λογικῆς latría. vbi illi: vocatur autem Eucharistia, seu rationalis cultus illa, caritativa, seu ritus sacer. At περὶ τῆς est sacrificium, oblatio, non quilibet ritus sacer. sicut περὶ τῆς ibidē verba appellat, cū non modo Hieremias vigeat. Missam, & Eucharistiam esse περὶ τῆς ἱερουργίας, sacrificium, quod illi negabant, sed alii quoque ea vrantur significatione: sunt enim πέλειαι hostiæ maiores, sanctiores etiam apud gentiles, & Christum vocat Dionysius Areopagita πέλειον, hoc est, summum sacerdotem, quod non minus improbe vertunt quidam nouato-

Fraus Lutherano-

rum etiam in Lexicis suis, *cerimoniarum conditum* non minore Christi filii Dei, quam Catholice religionis contemptu. Ita in Iacob. Cellarii Lexico est πέλειον. Augustinus lib. 10. de ciuit. Dei dixit confessionem, alii μυστήριον, ἱερουργίαν. Gaza sacrum verum. Sed maior fraus in versione Hieremias, qui se ipse explicat.

Quod dixerat: καὶ ἡ χάρις ἡ περὶ τῆς, ἡ δὲ χάρις ἡ περὶ τῆς. Et sit quidem oblatio, sit autem & missibiliter sacrificium. Quomodo autem fiat, ostendit. καὶ τὸ εἶδόν μετὰ τὸν εἰς αὐτὸ τὸ σῶμα, καὶ αἷμα & νεφελὰ τῆς χάριτος καὶ τῆς περὶ τῆς χάριτος. Διὰ τῶν περὶ τῆς διχῶν. Et mutatio specierum in corpus, & sanguinem Domini, occulte diuina sacrificium gratia perficiente, seu perfructu, & precibus πέλειαις, hoc est, sacrificium peragentibus, non autem perficientibus tantum, omnia enim illa verba πέλειαις, πέλειαις, sunt sacrificiorum, sicut ἱερουργίας.

QUESTIO II.

Quomodo benedixit?

§. 1. **M**ultis voluminibus versus hic, & sequenti disputantur: Ego memor huius mei instituti, ostendam duntaxat, quid ex hisce verbis proutitate Catholica contra hæreticos disputari possit, quid insuper ipsi inter se discordes obiciant. Quod licet nullus tota Scriptura locus est, varie agitur, ac in multiplices sensus distractus, hic profecto tantam interpretationum varietate vexatur, ut vel numerum sententiarum quærere sit operosum.

§. 2. De Iudæorum consuetudine & distributione, benedictione ac fractione panis rem omitto, tum quod à plurimis tractetur, tum quod ad institutum meum non magnopere faciat. Summa nobis de benedictione controuersia est. Caluinus ridiculos putat Papistas, quod crucis figuram fecisse dicant: at vero nemo nostrum id asserit, nec tamen non esse factum asserimus, veterum nonnulli censere. Multa fecit Iesus quæ scripta non sunt, nos de re incertum nihil affirmamus, temerarios eos indicamus, qui hanc argumentum s. scriptum negant.

Negant hæretici pleiūque panem benedixisse, itaque διχαρησας referunt ad Deum, atque interpretantur διχαρησας, gratias agens. Nam viroque verbo Eucharistia utitur Beza itaque vera, que accipit pro eodem. P. scator tamen in Græcis peritior caret, etiam interpretatur διχαρησας τὸν ἄρτον, Benedixit panem. Nam accipiens calicem διχαρησας, gratias agens. Clara sententia est, καὶ ὁ ἱερεὺς τὸν ἄρτον, καὶ τὸν ποτήριον ἐλάσσει. Accipiens Iesus panem postquam benedixisset, fregit. De benedictione illa Lucas nono, vers. decimo sexto, & 1. Corinth. 10. egi. Certum est Deo gratias agi solitas & benedixisse Christum creaturis. Paulus enim vocat calicem benedictionis, cui benediximus. Imo ἐν χάριτι est etiam benedicere, & Syrus veteri solet, בִּרְכָּה Berach. Sic Ecclesia vtrumque coniungit: Tibi gratias agens benedixit. Hinc Græci vocant ἐν χάριτι τὸ ποτήριον benedictum cibum.

Dubium esse nemini debet, quin gratiarum actio, Dei laudatio, creaturarum benedictio, & sanctificatio coniuncta fuerint. Hoc enim nobis Liturgia veteres expriment. Ethiopice quæ est Matthæi, apud Genebrardum, est in fine sæculi primi mentio, habetur gratias egit, benedixit, & sanctificauit. & dedit discipulis dicens. Et ne Caluinus crucem mitteretur, cum sacerdos dicit: Benedic, sanctifica, munda, crucem facit ad verba singula. Et in Litania Iacobi minoris ὁ ἱερεὺς σφραγίζων τὸ δώδεκ, λέγει, &c. Sacra-